Virgineam[1]) fureret cum Mars truculentus ad urbem,
Richius estiva messe decanus eram.
O divina Trias, quae collabentibus aequos
Sola magistratus praeficis imperiis,
Qua te laude feram facientem haec otia nobis,
Qui sanctis studiis dedita turba sumus?
Mi deus haec porro placido aspirato favore
Mollia fac his ut tempora pacis eant.
Barth. R[ichius] H[olzmindensis].

1551 Wintersemester. 285. Decan Petrus Thomäus von Senftenberg.

C 254'. N 130'. Anno restitutae per Christum salutis humanae millesimo quingentesimo quinquagesimo primo VI. Idus Octobris praefectus est curationi studii optimarum Oct. 10. disciplinarum et artium et decanus factus summa totius consilii voluntate Petrus Thomaeus Senfftenbergensis, cuius semestris[2]) studia et ab iis, quorum nomina subiecta sunt, et ea ratione, ut annotavimus, administrata fuerunt:

Executores: mgr. { Casparus Landsidelius, Andreas Knauerus, Antonius Gleining.

Clavigeri: mgr. { Simon Gerth Polonus, Bernhardus Rascherus Misnensis.

* Doctrinae publicae praefuerunt:

Ioachimus Camerarius		autorum utriusque linguae
dns. Wolffgangus Mewrerus		Aristotelicae doctrinae
mgr. Ioannes Humelius		mathematices doctrinae
Matheus Heuslerus		physicorum Aristotelis
Caspar Landsidelius		Fabii
Wolffgangus Sybotus		poematum
Wolffgangus Fusius	explicationi	ethices Aristotelicae
Cristophorus Montagius		sphaerae
Bernhardus Rascher		libelli de anima
Thomas Friczsch et Philippus Bechius		partitionum Ciceronis
Matheus Flaccus		grammatices Latinae
Leonhardus Lycius		grammatices Graecae
Sebastianus Roslerus		dialectices domini Philippi. * *

N 131. C 255. Examinatores petentium honores magistrales:

mgr. { Donatus Zolner Polonus, Paulus Bussinus Saxo

[1]) Die Distichen fehlen in C. [2]) semestri.